



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Iustum quid primò facit, fides an opera. tit. 65

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

timere subindè: nam etsi promissio est certa ex parte Dei, attamen & studium nostrum exigitur, vt per hoc medium apprehendamus illam. Sic vult nos enutrire, Matth. 6. attamen oramus pro pane quotidiano: sic nos protegere, sed tamen iubet vigilare &c.

IUSTUM QVID PRIMO FACIT. fides an opera.

TITVLVS LXV.



PRIMò, grauant sectæ Ecclesiam, quia docet nos esse iustos iustitia legis. Subindè, hac mereri remissionem & vitam æternam. Postremò, quando nemo nouit, quando satis operum bonorum habet. Idèò iubent dubitare de remissione & salute. Sed hoc primò est norandum, quòd nemo potest bonum & iustum opus facere, nisi ipse priùs sit iustus & bonus. Arbor bona fructus bonos facit, Matth. 7. hoc quod primò iustum & bonum facit, est fides in Christum, & hanc fidem imputat Deus pro iustitia, antequàm homo opus bonum facit. Sic docet Paulus ad Roman. 4. credenti in eum, qui iustificat, fides reputatur illi ad iustitiam. Et Dauid Psalm. 31. Beatus vir cui &c. De hac iustitia etiam loquitur Augustinus libr. de spiritu & litera, capit. 9. Deus non iustificat ea iustitia, qua ipse iustus est, sed qua induit hominem cum iustificat impium, quando cum iustificat non imputando ei peccatum propter Christum, in quem credit. Sic Deus purificat cor, Actor. 15. & non imputando peccatum propter fidem in Christum. Et hæc est iustitia, quæ præcedit omnia opera.

Secundò, ex hac igitur iustitia iam primò gratia apprehensa nunc incipio facere, bona & iusta, sicut dicit Propheta Psalm. 115. Credidi, propter quod locutus sum, Sic oro, ieiuno, do eleemosynam, seruo præ-

cepta & cęremonias, quia credo: nisi prius crederem, nullatenus hæc facerem: nõ ergo incipimus ab operibus iusti fieri, sed à fide in Christum, quæ reputatur nobis pro iustitia, sicuti Abraham Gene. 15. Roma. 4. incipimus. Falsum ergo est, quod doceamus iustitia legis nos primo iustos esse & fieri, quoniam accedentem ad Deum oportet primùm credere & cę. Hebr. 11. præluet igitur hæc fidei iustitia omnibus operibus. Sic stella Magos præcedebat, Matth. 2.

Tertio, altera iustitia, quæ necessariò sequi debet priorem, eò quod fides non destruit legem, Roman. 3. sed nõ in eum finem quia causa sit, & mereatur remissionem & salutem. Sic enim Christus gratis sanguinem sudisset, & mortuus esset, Galat. 2. sed in finem retentionis iam apprehensæ iustitiæ fidei. Nam si secundum carnem vixerimus, Roman. 8. 1. Corint. 6. Ephes. 5. Gala. 5. aut in finem laudis diuinæ & obedientiæ, Philipp. 1. Matth. 5. Sic luceat & cęt. Aut vt possessionem apprehendant, Matth. 25. Venite, possidete & cę. vitam æternam.

Præterea, quod grauamur, quia docemus, opera effectiuè mereri vitam æternam, falsum est. Est ibi promissa merces, non promerita. Ex gratia est, & non ex debito: opera ex sua dignitate nihil habent, nisi quod Deus ex gratia & misericordia propter Christum promittit. Matt. 19. Vos qui reliquistis omnia & cę. Subinde, quoniam Ecclesia docet illud Christi Lu. 17. Cùm omnia feceritis, dicite, quoniã serui inutiles sumus, & cęt. Ideò falsum Ecclesiæ imponitur, quod doceat tot & tot bona opera oportere fieri & cęt. & cùm hoc non possint homines, nec habeant sufficientiam, sic eos in dubitationē & desperationē induci, & cę. Ostendant, quando quis habeat perfectam & sufficientem fidem, quando Apostoli petierunt eã sibi adaugeri, Luc. 17. Non propterea dubitamus aut desperamus de salute. Fundamentũ nostrum est ipsa misericordia Dei,

Dei, res extra nos quam credimus, speramus: & media, id est, obedientiam legis & operum seruamus, quatenus nobis per hæc distribuitur: Sunt igitur mera mendacia hæreticorum.

Postremò, quia scimus secundum Apostolũ Rom. 14. quòd omne quod non ex fide, peccatum est. Idem fidem primo loco & ante omnia opera locamus, ut sic iusti per fidem, faciamus iusta & bona opera, id est præcepta Dei. Iudei incipiunt ab operibus iusti esse, qui carent fide Christi, Rom. 10. non autem sic Christiani. Mentuntur quoque sectæ, quæ dicunt Ecclesiam ignorare iustitiam fidei, & solùm scire iustitiam legis, & non etiam fidei. Paulus ad Philipp. 3. veritas que docet iustitiam.

*DEVS SOLVS OPERATUR
gratiam per elementum & creaturam,
non ipsa creatura.*

TITVLVS LXVI.



Rimò, hoc fide tenendũ est firmis-
mè, qd' solus Deus est, qui opera-
tur gratiã, per elementa & creaturam
sacramentorum, & non ipsum ele-
mentũ, sicut 1. Cor. 12. dicit Apo-
stolus, Deus est qui operatur omnia in
omnibus, id est, per aquam baptismi ipse Deus opera-
tur remissionẽ peccatorum, non ipsa aqua & elemen-
tum, sic per vnctionem in consecratione dat & effici-
donum constantiæ &c. sic ipse cõsecrat, baptizat, ab-
soluit, docet, benedicit, nõ sacerdos vel creatura. Hæc
media sunt, per quæ Deus omnia operatur.

Secundò, ideo consecrantur elementa sacra-
mentorum verbo Dei, aqua baptismi, chrisma, oleum, sa-
cerdos, matrimonium, herbæ, lumina, &c. et. ut scia-
mus, quia non ipsa materia elemẽti & dignitas effi-
cit et